res constituti sunt multi. ita
et per unius hominis obedientiam
iusti constituentur multi. Lex
autem subintrauit, ut habunda
ret delictum. Ubi autem habun
dauit delictum, superhabunda
uit gratia. Ut sicut regnauit pec
catum in mortem, ita et gratia re
gnet per iusticiam in uitam eternam
per ihesum christum dominum nostrum. Quid
ergo dicemus? permanebimus in pec
cato, ut gratia habundet? Ab
sit. Qui enim mortui sumus
peccato, quomodo adhuc uiuemus
in illo? An ignoratis quia
quicumque baptizati sumus
in christo ihesu, in morte ipsius
baptizati sumus. Consepul
ti enim sumus cum illo per bap

Lex autem subintrauit. Natus in peccatis datur lex. ad domanda superbia. quasi non desit qui iubeat, sed desit qui impleat. quia in peccato natus. ideo natus est christus. id est gratia quia sanaret.

Ut habundaret. ut qui in sordibus erat preuaricando sordesceret. mediocris ut pedagogum haberet perfectus signum.

Lex autem sub. Ostenderat christum dimittere omnia peccata. tam originalia quam actualia. sed addit quod et a peccato liberat legis. id est preuaricatione. ut uideatur christo magis sint obnoxii.

Ambrosius. Lex intrauit. ut h. d. Dicit quid peruenerit data lege. non quid fecerit. data erat in adiutorium nature. sed ipsi usum sequens plus peccauit. diabolo inuertente bonam legem in malum. Ita quod deus omnia dimisit. Superhabundauit. quia et his profecit. quos diabolus uincere non potuit. et peccatum ad tempus. gratia in eternum.

Et quia gratia uiget. non est permanendum in peccato. ut quidam dicunt existimant per maiorem gratiam. sed possumus esse peccato quasi mortui et sepulti per ipsam gratiam. et resurgere in iustitiam. et post in uitam eternam.

Permanebimus. hoc per uersi acceperunt ex illo. ubi habundauit delictum. sed hoc est ingratos esse gratie.

An ignoratis. Mortui in peccato quod fit in baptismo. non debemus etiam uiuere. ut iterum mori ei sit necesse. qui in morte christi id est in similitudine mortis christi. ut sicut ille semel mortuus est et semper uiuit. ita nos semel mortui malo. semper uiuamus bono. Et in morte dicit. quia mors est causa huius purificationis. VI.

Consepulti. uere in baptismo sumus similes morti. Attende singula. christus qui uetus homo sed penam famis sitis et huiusmodi. hominis uetustatem finiuit et deposuit. ut dolore crucis sufferens. sic haberet membra distenta et confixa. ne ad priores actus mouerentur a quibus etiam sepultus quietem humanis subtractus aspectibus. exigens a nobis ut uetustatem peccatorum cum dolore penitentie de-

Mors et resurrectio christi etiam sacramenta sunt.

Que quod gestum est in cruce christi in sepultura in resurrectione in ascensione in sede ad dexteram ita gestum est in his rebus misticis in dictis sed gesti configuretur uita christiana.

(c) 2006 Ministerio de Cultura